



1, 422.
649
1701, 108
13

IO. GEORGII SCHERZII,
ICTI ET IN ACADEMIA ARGENTORATENSI
ANTECESSORIS

DISSERTATIO
DE
DOTALITIO
Vom
Leibgeding.



IENAE,
LITTERIS IO. CHRISTOPH. CROEKERI,
M DCC XXXVIII.

IO. GEORGH SOEHNEN
ICHT ET IN AOLEXIA AEGHROA TENE
A MATHISSONIS

DISSERTATIO

DE

DOTATIONE

BRUNNEN



LE. ME.
HILDES IO. CHRISTOPH. GROEDEL
M. DCC. LXXVIII.



PROOEMIUM.

Solent, qui de Themate Dissertationis
 Academicae exhibendo laborant, id
 maxime studere, ut speciosi Tituli fuc-
 nouitatis speciem ei concilient; Hinc fit, ut
 pro fungis vulgo habeantur, qui Materias,
 licet vtiliffimas, vulgares tamen & aliis quo-
 que tractatas certamini Academico destinant;
 Quae res, uti me semper male habuit, ita
 non potest, non a cordato quouis improbari.
 Quid enim? An ideo conscribuntur Dissertationes,
 ut noua tradantur? An non eum
 potius in finem tales velitationes instituuntur,
 ut is, qui Respondentis personam induit,
 palam ostendat, quae haecenus a Praeceptoribus
 suis principia hauserit, quove rationum
 pondere illa nitantur. Quae dum
 dico,

A 2

dico, non id ago, vt discipulos in Magistro-
rum verba iurare velim; absit vt id sentiam!
*cum, ex Senecae Monito, nihil aequè curandum
sit, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium
gregem, pergentes non qua eundum est, sed qua itur.*
Ea mihi potius sententia animo fedet, non
minorem applausum mereri eos, qui ab aliis
iam tradita philosophica libertate exami-
nant, & quae minus bene se habent, obelo
notant, quam vituperandi sunt, qui dum
vetera propinant, noua dare videri volunt.
Mouit me Meditatio haecce, vt cum nuper
de Materia Disputationis, vti vocant, Inau-
guralis deliberarem, *Dotalitiorum* fundum,
a summis quidem Viris iam ante aratum
atque cultum, ingredi decreuerim. Cuius
instituti vti *summum quendam* in hac Acade-
mia *Virum* Auctorem habeo, ita, ne tra-
ctationem, Beneuole Lector, Te dignam
numerisque omnibus absolutam expectes,
precor. Animus saltem fuit potiora huius
Materiae delibare, & infelix lolium, steri-
lesque, quae hinc inde dominabantur, ave-
nas, quantum pote, tollere. Vale & cona-
tibus meis faue.

B. C. D.



B. C. D.

§. I.



xhibiturus succinctam de difficili illo nodisque plenissimo Dotalitii iure tractationem merito in ipso statim limine ex regula, quam Analytica praescribit, quaero: An sit dotalitium? idque eo maiori ratione, quo vehementius dotalitium dari

Jctus Romanus negauerit. In Romanorum enim Republica ne fando quidem quicquam de Dotalitiis auditum est. Factum inde, vt in toto Juris Romani Corpore ne $\gamma\epsilon\upsilon$ quidem de iis reperiatur. Quamquam enim in Indice Librorum, ex quibus Pandectae compilatae sunt, ipsis Pandectis praemisso, inter Gaij Jureconsulti scripta referatur Dotalition $\beta\epsilon\lambda\acute{\iota}\omicron\nu\ \epsilon\nu$, id tamen monstri aliquid alere videtur; cuius Rei indicium est, quod in toto Digestorum opere nulla lex reperitur, quae ex illo dotalition libro desumpta sit, nec tamen in GIPHANII, qui in locum vocis dotalition *ad L. Falcidiam*, aut HENELII, qui

qui mavult ad *L. Cinciam*, sententiam iuerim: magis ar-
 ridet BERTRANDI opinio, qui in suo de *ICtorum Vitis*
 tractatu legit Dotalition *βελτιον* *év.* Licet autem Ro-
 manis dotalitia non fuerint vsurpata, Maioribus ta-
 men nostris non incognita fuere. Imo antiquissi-
 mis iam temporibus huius moris vestigia se produunt.
 Spectare huc videtur illustris Taciti locus in *c. 18. v. 2.*
de Mor. Germ. vbi haec habentur: *Dotem non Vxor Ma-*
rito (quemadmodum apud nos fit) *sed uxori maritus*
affert. Intersunt Parentes ac Propinqui ac munera probant.
Munera non ad delicias muliebres quaesita, nec quibus noua
nupta comatur, sed boues & frenatum equum & scutum cum
framea gladioque. De posteriorum temporum more
 res clara est ex iis, quae in Wisigothorum, Burgun-
 dionum, Alemannorum, Baiuuariorum, Ripuari-
 orum, quae omnes Germanicae gentes fuere, Legi-
 bus habentur in *Codice LL. Antiquarum Lindenbrogiano*,
 sed & ex iure Germanorum communi, Saxonico
 inquam & Sueuico: quibus si addideris singularum
 fere Prouinciarum imo ciuitatum leges, de rei ve-
 ritate vix dubitare possis. Caeterum antiquus ille
 dotandi mos non intra Germaniam solum stetit
 sed apud alias quoque Gentes obtinuit: de Anglis,
 qui Saxonum *απὸ πρῶτου* & sunt, testatur Jctus & Philo-
 logus summus IO. SELDENVS de *Vx. Hebr. lib. 2. c. 28.*
 de Cantabris idem refert STRABO *lib. 3. Geogr. de He-*
braeis late idem docet modo laudatus SELDENVS
in d. tract. lib. 3. c. 9. de Siculis ex Constit. Neapolit. de
Bulgaris ex c. 30. qu. 5. c. 3. res patet. His adde
 quae habet *Illustr. SCHILTERVS noster in Exercitati-*
od π. XXXVI.

§. II.

Consequens est, ut de Nomine videamus. Deriuatur autem Dotalitii vox, ut cuius patet a Dote, vocabulo dotis in eo sensu accepto, quo in LL. Germanorum passim & in Jure Canonico c. 6. X. de Donat. inter Vir. & Vxor. reperitur. Iob. de Ianna in Catholico: Dotalis; a Dos dicitur hic & haec dotalis & hoc dotale i. e. doti adscriptus vel in dote habitus & inde dotaliter aduerbium, & dotalicius, a, um, idem quod dotalis: Vnde dotalicium dotalicii i. e. dos vel dotis pretium. Variis autem modis dotalitii vox vsurpatur; denotat enim 1. Rem ipsam dotalitij iure datam. 2. ius quod vxor habet in re ita data. 3. qualitatem rei. 4. Titulum, quo vxor talis rem possidet. Pro ipsa etiam dote ponitur, ut ex antea allegato Iannae loco patet; sic & pro dote Ecclesiae vsurpatur. Charta Gorziensis anno 765. Dotalitium, quo Pipinus Rex dotauit Ecclesiam in die qua dedicata est. add. Chart. Edgari Regis Anglorum in Monastic. Angl. citatam a DV FRESNE Gloss. h. v. plures huius vocis significationes vid. ap. BROCKDORFFI in Diff. de Dotal. sub praesid. TABORIS habitae §. 2. Dotalitium autem alias aliis quoque insignitur nominibus; sic in Const. Neapol. Dotarium, Doarium, aliis Doerium, item Duaria nominatur. Galli Douaire vocant; quibusdam supranita dicitur vid. DV FRESNE in Gloss. voc. supranita. Vitalitium quoque idem innuere videtur Cuchm. Consso. Inter synonyma BROCKDORFFI in Diff. §. 4. etiam refert, quod vocetur in l. fin. pr. C. de Donat. ante Nups. Remedium Nuptiarum; sed male; ibi enim non de Dotalitio, sed de Donatione propter

propter Nuptias sermo est: denique ne quidem Donationis propter Nuptias *συνώνυμον* Grammaticum, de quo hic quaeritur, est Remedium Nuptiale; quippe quod & de dote dici potest & de quibuscunque aliis donationibus quibus Nouae nuptiae ornari solent. Burgundis *Wittemon* a *Wittemen*, destinare, deputare appellatur. vid. Dn. SCHILT. Exercit. ad π. XXXVI. §. 71. Graecorum *ὑπόβολον* idem esse autumat CUIACIUS *Lib. 5. Observat. 4.* dicente BROCKDORFFIO in *Dissert. cit. §. 4.* sed iniuria ille facit CUIACIO. Doctoribus, imo ipsi Pontifici, *Donatio propter Nuptias* dicitur, sed nescio an recte; quae enim necessitas cogit, ut Rem Romanis ignotam Romano tamen nomine insigniamus. Imponenda sunt noua nouis rebus nomina, ait CICERO in *lib. 3. de Finibus*. Et quamuis generali quadam ratione dotalitium etiam donatio propter Nuptias appellari possit, *ἀντίθετα* tamen Philosophica non patitur, ut pro *συνώνυμοις* venditentur.

§. III.

Germanis in vernacula sua *Leibgeding* audit. vid. *J. Sax. Prou. lib. 1. Art. 21. & lib. 3. Art. 74. & 75.* in Textu Latino *Vitae prouiso. lib. 3. Art. 75.* *Leibgeding* dicitur, *weil es dem Wibgedingt ist zu irme Libe*, ut loquitur *Ius Feud. Sax. c. 2.* ubi *Libe* non denotat corpus, sed vitam: Illustr. SCHILTER. in *Gloss. Lib, Lvb, Libe, vita. des ewigen Libes, vitae aeternae.* K. *Symb. Apost. Gelonbe ewigen Lib.* Denotat autem vox *Leibgeding* non tantum hunc Vxoris vsumfructum, qui dotalitium appellatur, sed & omnem vsumfructum in genere; imo & Emphyteutica bona hoc nomine venire aliquando reperiuntur.

untur. Faciunt huc quae ex Iure August. MSCro fol. 50 communicavit Illustris SCHILTERVS. Die Ratgeber haben gesetzt von unsers Erbarren Herrn Bischof Wolfartz Gebot, der do Bischof wvaz, und mit unsers Herren des Tegans und mit unfer Herren von dem Chor bot, und mit rieber und mit armer Raut und Willen für mengen Chrieg der gewesen ist um Lipding von der Pfaffheit und auch von den Layen, daz von hin an uff Sant --- Tak der nu schierst chumt alle Leut die Libding habent von Pfaffen und von Leyen, von jr Hofberren Brief nemen sullen in dem Recht, als sie jr Libding gewunnen habent, und sullen jn auch jr Hofberren Brief darüber geben an Widerrede. Svelch Hofberre des vviderwære des Underiban sol sinen Herren rechtfertigen um sinen Brief jn einem Manod und sullen jm die Pfieger und die Rautgeben helfen mit dem Vogt, daz jm sin Brief gevertigt vvid. Svelch Hofberren auch nit insigel habent, die soll man alle under der Statt Insigel verscriben. Sver auch sinen Brieff nit genommen hat in dem vrogen: Zil, der hat sin Recht an den vrogenant Lipding verloren. Es vver dann jeman uzzer Landes der dez Gesezes nit vveste, svvonn der vvider chumt der sol aber tun vvas recht ist. Dotalitium etiam appellatur Leibzucht, de quo vid. Gloss. Weichbild. ad art. 22. Item Wyedem, sic Rupertus Imperator consensum adhibuit super dotalitio Bernhardi Marchionis Badensis coniugi Annae Comitissae Oettingensi promissum vor ihren Wyedem, Zugeld und Morgengabe 20000. fl. an. 1406. Sunt qui etiam Wiederlegung idem cum dotalitio esse asserunt; sed vsus loquendi hac voce non tam dotalitium, quam donationem propter Nuptias denotat. vid. Reform. Francof. F. I. Tit. XLIX. Vom Vorgang der

der Creditoren in der Execution, vbi expresse Wiederlegung der Frauen Zugiff per donationem propter Nuptias explicatur. add. Eiusd. Reform. P. 3. Tit. II. von bedingten Heurathen und Heurathsbrieffen, vbi eadem donatio propter Nuptias simpliciter appellatur *Wiederlegung*. conf. *Ulmische Ordin. P. 1. §. 16.* & GOBLERII *Interpret. Nouell. Iuliani l. 2. t. 38.* Caeterum dotalitium etiam *Leibgut* appellatur in *Gloss. F. Feud. Sax. cap. 56.* plura huius vocis synonyma vid. apud BROCKDORFF. in *Diff. cit.* §. add. HENELIVM in *tr. cit. c. 2. §. 8.* qui & *Viduitatem* in hunc censum refert, quam tamen distinctum quid esse a dotalitio patet ex iis, quae habet du FRESNE in *Gloss. V. Viduitas.*

§. IV.

Haec de nomine. Nunc ad rem ipsam. Rimenti autem curiosius dotalitii Naturam patebit, cum ius aliud sit in re, aliud ad rem; & illud varias rursus habeat species, ad nullam tamen commodus id referri posse, quam eam seruitutis speciem, quae *Vsusfructus* nomine venit; qua tamen voce non tantum *vsufructum* verum, sed etiam quasi *vsufructum* intellectum velim; vt adeo genus dotalitii sit *vsufructus*: quo ipso puto satis distingui non tantum a donatione propter nuptias, sed & a dote iuris Romani aliisque affinibus, de quibus tamen infra latius dicendi locus erit. Cum autem *vsufructus* tanquam genus subalternum varias iterum sub se habeat species, illud, per quod ab illis dotalitium distinguitur, probe notandum. Fine autem potissimum differt, qui est, vt prouideatur

deatur vxori post mortem mariti ex bonis eiusdem de alimentis ad dies vitae; Ex quo haec videtur fluere definitio: *Dotalitium est ius utendi fruendi certa bonorum mariti parte vxori competens post fata mariti vt inde digne se exhibere possit.* Quamuis autem BROCKDORFFIUS in *Dissertat. cit.* *Dotalitium per Ius quod vir vxori suae ratione dotis datae in suis bonis concedit, vt eo vidua facta ad dies vitae vtatur fruatur; & Henelius in Tract. cit. cap. 2. per Donationem Antiphernalem quae a marito vel eius nomine a quouis alio in vxorem confertur,* definiat, nescio tamen an id, quod de respectu dotalitii ad dotem inferitur, recte se habeat. Etsi enim relatorum ea sit Natura vt vix definiri possint nisi per suum fundamentum & terminum, id tamen de relatis secundum esse tantum verum est, non de iis, quae secundum dici saltem ad se referuntur; ad quorum posteriorum Numerum pertinere dotem & dotalitium ex eo manifestum est, quia & dos sine dotalitio, & dotalitium sine dote non tantum concipi potest, sed reuera etiam datur.

§. V.

Proposita ita definitione dotalitii essentiali par est, vt ad causalem progrediar. Cum autem causae cuiusque rei sint vel externae vel internae; & externarum altera efficiens, altera finalis; internarum prior materialis, posterior formalis sit, prima mihi causae efficientis contemplatio erit. Cum autem plures ad eundem effectum concurrant saepe causae efficientes diuerso tamen modo, alia scilicet. pro-

piore influxu, alia remotiore, causa efficiens dota-
 litii alia erit remota, alia proxima. Remota est
 Jus Nat. & Gentium, Germanorum item Jus Ciuile;
 apud quos antiquissimis iam temporibus vsu obti-
 nuit, vt vxoribus dotalitia constituerentur, quae
 res ita inualuit, vt quod antea moribus saltem ob-
 tinuerat, postea Legibus expressis approbaretur.
 Vid. *Spec. Sax. lib. 1. art. 21. 32. l. 2. a. 21. l. 3. a. 74. & seq.*
add. Spec. Suer. cap. XXI. LL. Wisigoth. l. 3. T. 1. c. 5.
& lib. 3. T. 1. c. 9. LL. Burgund. Tit. 69. & in addit. Tit. 14.
LL. Alem. cap. 55. & seq. LL. Baiuar. cap. 14. Tit. VII.
LL. Ripuar. cap. 37. quo an etiam referri debeat *Au-*
senthica: Aequalitas dotis. C. de Pact. Conuent. iure du-
bites. Quamuis enim *Glossator Iur. Feud. Sax. cap. 157.*
dicat: In diesem gegenwertigen Capitel beddeist das Recht
wie grosse Genad und sunderliche Sorgfeltigkeit der edel und
hochgeboren Keiser Friderich gehabt hab zu den Frauen und
zu ibrem Leib-Geding, das in gegeben und besetigt ward
mit Keiserlicher Majestat Willen und Gewalt ut in Aut. de
equa. §. 1. col. VII. des vollbringet er hie dieselbigen Genade.
 nihilominus tamen cuius clarum est, ne verbulo
 quidem ibi de dotalitio agi; scilicet nihil fre-
 quentius est malefano illi Glossatori, quam ea quae
 Juris Romani sunt confundere cum iis quae ad
 Germanorum Ius spectant. Causa efficiens proxi-
 ma est maritus, qui vxori dotalitium promittere
 solet; idque consensu non tantum expresso sed ali-
 cubi etiam praesumto, hinc est vt dotalitium diui-
 datur in conuentionale & consuetudinarium; pas-
 sim enim, etiamsi nihil plane vxori promissum sit,
 ex consuetudine tamen debetur. Vide *les Coutumes*
de

de France, vbi plurimis locis reperitur distinctio
entre le Douaire conventionel & coutumier. quorum
prius etiam appellatur le Douaire prefix. Notandum
autem quod aliquando vxor, etiamsi expresse de
dotalitio pactum fit, eligere possit an conuentio-
nale an vero consuetudinarium habere velit, nisi
aliter conuentum. Sic dans les Coutum. de Meaux
chap. 2. La femme douée de douaire prefix peut après le
decès de son Marj ehoisir & elire le douaire prefix ou cou-
tumier, lequel elle voudra. Aliud plane est Iure Me-
lunensi, quo vxor, cui expresse promissum est
a Marito dotalitium, non potest consuetudina-
rium eligere, nisi id ei in pactis dotalibus permis-
sum fuerit. vid. les Cout. du baillage de Melun. art. 237.
adde les Cout. de Sens. art. 108. an vero Mariti Nobi-
les saltem possint constituere dotalitium, inter Dd.
disceptatur; sunt qui affirmant, sunt qui negant;
qui posteriores tamen meo quidem iudicio errant.
Quamuis enim inter Nobiles magis in vsu esse
dotalitia negari non possit, inde tamen inferri ne-
quit, quod soli Nobiles ea constituere possint. quid
ni enim plebeiis etiam Vxoribus prospicere liceat?
Imo si originem rei ipsetes, patebit indistincte do-
tes & inde orta dotalitia a sponis sponsabus esse
constituta, vt adeo BERLICH. 2. Concluf. 50. temere
asserat ab initio inter Nobiles saltem ea frequentata
fuisse, quem errorem etiam errat BROCKDORFF
in Dissert. alleg. §. 11. quod si autem Maritus nec
inter viuos nec in Testamento dotalitium Vxori
suae destinauerit, vbicumque dotalitium consue-
tudinarium receptum est tenentur heredes allo-
diales,

diales, si modo Vxor illa dotem suam repetere nolit, ei de dotalitio prospicere: quatenus autem successores feudales teneantur vid. in Illustris Dn. SCHILTERI *Introduct. ad F. Feud. utrumque cap. VII. §. VIII.* Impulsiva dotalitii causa, quae certa ratione ad Efficientem refertur, videtur esse tum amor Coniugalis, tum vt honori mariti consulatur. Cum enim vxores non facile aliquid acquirere possint mortuo marito, indignum defuncti existimatione habetur, si vidua ope maritali destituta in paupertate viuere cogeretur.

§. VI.

Finis enim Dotalitii, vt iam supra dictum est, vt Vxori post mortem Mariti prouideatur ex bonis eiusdem, ynde & prouisio Vitae appellatur in *Lat. Text. Spec. Sax. l. 3. Art. 75.* & victalium seu vitalitium, quia ad victum & vitam vxori datum est; addit quidem BROCKDORFF. in *Dissertat. citat. §. 34.* finem primum dotalitii esse, vt pro dote sua mulier eo securior sit, & si forte Maritus dotem alienet vel prodigaliter consumat aut aliter amittat, dotalitium in compensationem dotis retinere & damnum resarcire possit; sed nescio an hic plane sit finis dotalitii, ad quid enim prodesset donatio propter nuptias, quam tamen saepe cum dotalitio simul stare deprehendimus, si de dote securior iam esset vxor per dotalitium, Male Ergo id, quod de donatione propter Nuptias ius Romanum asserit, cum BERLICHIO & SCHNEIDEVVINO, ad dotalitium applicat modo dictus BROCKDOFFIUS, qui

qui in eo etiam aliquid humani passus videtur, quod finem ortum dotalitii esse dicat, vt habeat superstes, quo honorem pristini Coniugii tueatur. Si enim vel maxime recte se haberet distinctio illa inter finem primum & ortum, male tamen assereretur finem dotalitii ortum esse, vt habeat superstes, quo honorem pristini coniugii tueatur. Quo modo enim is finis ortus esse dici potest, qui fere principaliter intenditur ab eo, qui dotalitium constituit? Et an Ergo ex eo, quod Vxor per dotalitium securior redditur de dote, oritur id vt etiam ipsi preuideatur de victu post mortem Mariti? Eadem sane ratione etiam Donationis propter Nuptias finis ortus esset, vt haberet superstes ynde honorem pristini Coniugii tueretur.

§. VII.

Materiam dotalitii quod attinet, constitui illud potest in bonis tam feudalibus quam allodialibus; & in his quidem libere & pro lubitu; suae enim quisque Rei Moderator est & Arbiter *l. 21. C. Mand.* imo proprie in allodialibus id constitui asserit *Text. in spec. Saxon. art. 75. l. 3. An eigenem Gut ist recht Gab und Leibzucht der Frayden, dann es ihn daran niemand brechen mag zu ibrm Leib und nicht an Leben, dann es ihn daran moncherlei Weis gebrochen mag vberden;* ad quem locum quae *Glossa* habet *tricae apinaeque* sunt. In Feudalibus vero ex mente iuris antiqui dotalitium aliter constitui non potest, nisi cum consensu agnatorum & domini; qui domini consensus adeo necessarius fuit, vt etiam in feudis imme-

immediate Imperio subiectis adhiberetur; sic Imp. Rupertus consensum praeiuit Alberto Palatino Duci Bauariae vt dotalitium Coniugi Margaritae Cluuiensi constitueret in feudis Imperii Anno 1402. Norimbergae. vid. Illustr. Dn. SCHILTER. *Comm. ad F. F. A. cap. 26. §. XI.* Quod de Agnatorum consensu dixi, id & de bonis Avitis, etiamsi non sint feudalia, iure veteri Germanorum verum esse egregie, vt omnia solet, probat modo allegatus Dn. SCHILTERVS in eod. *Comment. cap. 64. §. 5.* vbi eam Iuris antiqui rationem affert, quod per Inuestituram plerumque concedi solitum fuerit dotalitium adeoque vera possessio translata fuerit; id cum hodie rarissime fiat, dotalitium etiam in feudibus sine consensu heredum siue descendantium constitui potest, praesertim in Saxonia, in quam rem, vide quos citat idem Illustris SCHILTERVS in dicto *Commentario §. II.* imo in Silesia ne quidem domini consensus requiritur, idque ex singulari privilegio, quo die *Lebens-Leut die Leben-Güter, wann sie nicht auff dem Fall stehen, ihrem guten Belieben nach ohne Einwilligung des Leben-Herrens und der Agnaten alieniren, verwenden, verkauffen und verestiren können, gleich als ob es Erb- und eigene Güter wären,* dicente SCHICKFVS. in *Siles. renou. lib. 3. cap. 25.* aliud plane est de iure feudali Longobardico. vid. 2. F. 8. §. ult. ubi per tertiam seu quartam videtur intelligere Morgengabam, quae ex constitutione Luitprandi Regis ad minimum quartam bonorum Mariti continere debebat. vid. LL. *Longobard. lib. 1. c. de bis quae a Vir. in Mulier.* Cum autem res tam allodiales, quam feudales

feudales partim sint corporales, partim incorporales & illarum aliae mobiles, aliae immobiles, in omnibus harum specierum dotalitium constitui nec lex, nec iuris ratio vetat, sufficit enim, quod hac ratione Vxor ex bonis Mariti ea quae ad vitam ipsi sunt necessaria habere possit. Id adhuc decisionem meretur: An etiam Maritus in bonis fideicommissio subiectis dotalitium Vxori relinquere possit? Ad quam quaestionem respondeo negando. Regulariter enim bona fideicommissio subiecta alienari non possunt a fiduciario: Non autem is tantum alienare videtur, qui dominium transfert in alium, sed & qui vsumfructum dat. vid. *l. ult. C. de Reb. alien. non alien.* Vnde patet eo minus in bonis fideicommissariis dotalitium concedi posse a Marito, quo propius hic vsumfructus ad dominium vtile accedit. Exceptiones vid. *ap. HENEL. tr. alleg. c. 5. §. 9.* qui tamen ex regula exceptionem, & ex exceptione regulam facit. An vero & in bonis, quorum vsumfructum tantum habet, id fieri possit, vix dubium esse potest illi, qui nouit vsumfructum morte vsumfructuarii extingui: Adducit quidem & illam rationem, quia seruitutis seruitus esse non potest; sed non opus est, vt eo recurramus. Mortuo enim marito seruitus extincta seruitus non amplius est, adeoque talis vsumfructus si vxori relinqueretur, non esset seruitutis seruitus; Accedit, quod regulam illam, quae dicit seruitutem seruitutis dari non posse, tanquam merum Romanorum subtilitatis *πυλάκειον* vix agnoscere videtur

detur fori Germanici vsus vid. Illustr. SCHILTER.
Exercit. XXXIX. §. 66

§. VIII.

Forma Dotalitii alia generalior est, alia specialior. Illa consistit in eo, quod sit ius competens vxori ex concessione Mariti in bonis eiusdem, in quo generico conceptu non tantum cum donatione conuenit, sed etiam cum dote Germanis propria, item cum Morgengaba Viduo aliisque. Differt autem per formam specialiozem, quae tum in eo consistit, quod sit vsusfructus, tum in eo quod concedatur vxori in bonis mariti ad diem vitae, vt inde se alere possit. Quo ipso clare a modo dicta donatione propter Nuptias, dote Germanorum Morgengaba, & Viduo distinguitur. Donationis enim propter nuptias vsusfructum nequam habet vxor, sed maritus; nec haec eum in finem datur, vt vxori post mortem Mariti de Vitalitio prouideatur, sed potius vt vxor de dote allata secura reddatur. Dos Germanorum vero statim transferebat proprietatem in vxorem, nec demum post mortem Mariti aut per modum vsusfructus prospicit illi. vid. MARCVLPH. *Formul. 76. & seqq.* quo & facit *Praeceptum Karoli Simplicis de dote Coningis Frederinae* quod exhibet *St. Baluzius in Append. Act. Veter. operibus S. Lupi* annexo pag. 522. in quo praecipue notanda veniunt haec verba: *Quo- circa Regali eam more propriis rebus disponentes dotare, duos ei dotis nomine concedimus fscos iugiter possidendos* &

Et pro lubitu disponendos, Corbiniacum videlicet in Comitatu Laudunensi cum Ecclesia, quae est B. Petri Apostoli honori dicata, ubi Confessoris Christi quiescit corpus Marulphi, & Ecclesia una in Cruona Pontigonem quae etiam in pago Pertensi super fluuios, saltum & Brustionem utrumque per hanc praesentem concedimus Auctoritatem, & de nostro iure in ius & proprietatem seu dominationem illius transfundimus & perpetualiter habendos delegamus. & paulo post: Praecipimus atque praecipiendo iubemus, ut suprascriptos fiscos &c. perpetualiter habeat, teneat atque possideat, & quicquid exinde facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem. Morgengaba vero eum in finem datur, ut virginitatis praemium esset, & praestari solebat alia die post noctem nuptialem, ut loquitur Diploma quod descripsit ex Tabulario Casauensi Gallandus de Franco Alodio pag. 323. Hinc expresse a dote distinguitur ap. GREGORIVM TVRONENS. lib. 9. c. 10. ubi: tam dote, quam in Morganagiba, h. e. matutinali dote. add. LL. Longob. 1. Tit. 19. l. 12. lib. 2. Tit. 1. l. 4. & 8. quibus iunge quae habet LINDENBROGIVS in Glossario Codici LL. Antiqu. subnexo & du FRESNE in Gloss. v. Morgengiba. conf. etiam illustrem Dn. STRYCKIVM in Cautel. Contract. Sect. 3. cap. 8. Glossa Iuris Sax. ad Art. 20. lib. 1. de hac Morgengaba ita loquitur: Nun soltu wissen, vvas man die Morgengab heisset, nemlich dasjenige, vvelches der Mann seinem Weib des Morgens givet. Es ist aber nicht die Gab, vvelche der Hochzeit vvilten geschicht. Glossa Iur. Weichbild. Die ander Gab heist sponsalitia Largitas, und ist Morgengab genant, und Morgengab heist eine solche Gab, die einer

von Ritters Art seinem Weibe gibt des Morgens, als er mit jr zu Tisch sitzt, und die gibt er jr on Erben Urlaub. vbi tamen sponsalitia largitas male prp synonymo Morgengabae venditur; cum illa proprie nil aliud sit quam Donatio propter Nuptias, hinc & in Graeco textu *Novell. 119. dia rēs ydous dōgēā* appellatur, quam tamen a Morgengaba expresse distinguit *Glossator Iur. Saxon. Prouinc.* in Loco antea allegato. Viduum quod attinet, illud in eo differt, quod per viduum non tantum prouidetur vxori ex bonis Mariti, sed etiam aliquando Marito ex bonis vxoris. vide elegantem *Dissertationem Inaugur. Dn. IOH. IACOBI FRIDII p. m. de Iure Viduitatis* anno 1645. hic habitam. Sunt, vt ante dixi, qui pro forma eius iactent respectum dotis; ast cum forma det esse rei; sine dote autem dentur dotalitia; assertum illud fragili tibicine niti apparet. Ex quo ipso etiam patet, falli eos, qui inuita Themiade Germanica Auth. *aequalitas. C. de Pactis Conu.* ad dotalitium trahunt, & necessarium esse clamitant, vt ad minimum dotalitii & dotis sit aequalitas, cum tamen eos & Antiqui Mores & hodierna Praxis refutet.

§. IX.

Expositis ita Principiis & Causis Dotalitii consequens est, vt Effectus ex causis fluentes tradam. Cum autem Effectus nihil aliud sit, quam id, quod Causa Efficiens pro fine habet, manifestum est Dotalitii, Effectum esse Prouisionem vxoris de Vitalitio. Is enim, qui dotalitium promittit, nihil

nihil aliud intendit, quam vt vxori prouideatur; adeoque Dotalitii promissi Consequens proprium est, ex parte vxoris, ius petendi vsufructum in bonis mariti ad dies vitae; ex parte vero heredum, obligatio seu necessitas patiendi, vt bonis mariti vxor vtatur fruatur. Cum autem non sufficiat ius habere petendi, nisi illud ipsum etiam in actum deducatur, videamus quae remedia vxori tali competant. Inuestigandum itaque quae actio ex Dotalitio promisso detur. Cum autem promissio haec fieri possit vel actu quodam inter viuos, & vel in pactis dotalibus, vel alio modo, vel in Testamento aut Codicillis; cum in pactis dotalibus promissum fuerit, actio ex stipulatu competet secundum Iuris Iustiniani principia, ea enim vis pactis dotalibus ab Imperatore Iustiniano in *l. vn. §. 1. & 13. C. de R. U. A.* tributa est, vt praeter aliorum pactorum nudorum naturam actionem ex stipulatu producant; ast cum ex principiis Iuris Germanici, quod omnia pacta seruari vult, ex quouis etiam nudo pacto oriatur obligatio efficax & actio videtur. *CARPZOV. p. 2. C. 19. def. 17. & Illustr. SCHILTER. Exercit. ad π. XXIV. §. 75.* non opus est, vt eo confugiamus; possumus enim instituere Condictionem ex Moribus, quae actio etiam tum locum habebit, si extra pacta dotalia alia quadam ratione promissum fuerit dotalitium. Si vero in Testamento delatum illud fuerit, easdem actiones, quas alii Legatarii aduersus heredem habebunt, exercere poterit vxor; scilicet Hypothecariam & ex Testamento Conditionem. An vero & Rei Vin-

dicationem? dubitare possis ex eo, quia Dotalitium
 est species ususfructus; sed respondeo: Dotalitium
 est quidem ususfructus, sed non merus, verum
 similis ususfructui feudali, adeoque domini utiliter
 species; nunc autem illis, qui dominium utile ha-
 bent, etiam a Legibus conceditur Rei Vindicatio
 utilis, quod exemplo superficiarii *l. 1. §. 1. π. de R. V.*
Emphyteutae l. 3. §. 1. π. si ager Vectigal. Vasalli 2. F. 8.
c. vn. probat SCHÜZ in Compend. Lauterb. Tit. de R. V.
 At dicis: Traditionibus & usucapionibus dominia
 rerum transferuntur ex *l. 20. C. de Pact.* verum re-
 spondeo: regulam non modo in legatis secundum
 ipsummet ius Romanum Exceptionem pati vid.
l. 86. §. 2. π. de legat. 1. add. GROT. de Iure Belli & Pac.
2: 6, 1. & 2: 2, 25. sed & in aliis de iure Germano-
 rum, ubi non tantum dominium, sed possessio sine
 corporali apprehensione transit saepius. vid. *Illustr.*
SCHILTER. Exercitat. ad π. XV. §. 13. & XXX. §. 105.
& 122. ubi Gallico iure idem obseruari tradit; quod
 in dotalitio etiam aliquando obtinet; hinc *les Cou-*
zumies d'Estampes cap. XI. de Douaires: le Douaire Cou-
zumier saisit. idem obtinet iure Parisiensi vid. *chap.*
XII. de Douaires, des Coutumes de la Prevôté & de la
Vicomté de Paris. Iure vero Meldensi idem quidem
 statuitur quoad Dotalitium Consuetudinarium; ast
 de conuentionali dicitur, quod tum demum vxor
 possessionem eius nanciscatur, *après qu'elle l'a ac-*
cepté en jugement les heritiers de son mari presens ou déü-
ment appellez. *Après la quelle acceptation ainsi faite,*
que dit est, la femme se peut dire saisie du dit douaire
prefix vid. les Coutum. de Meaux cap. 2. de Douaires.
 Sed

Sed quid? nisi nihil expresse promissum sit, Consuetudine tamen regionis obtineat, ut uxoribus dotalitia Consuetudinaria debeantur, quae Actio inde dabitur? Arbitror Conditionem ex Legibus aut potius ex Moribus hic locum habituram. Quamuis autem ROTSCHÜZ in *Tract. de Dotalitia Art. 1. num. 2.* putet competere vxori ratione dotaliti Actionem Praescriptis verbis ex Contractu Innominato Do ut des, vix tamen illud admiserim. Dos enim non ideo datur Marito ab vxore, ut ipsa aliud quid recipiat, sed ut Maritus habeat, vnde Matrimonii onera sustinere possit. *l. 20. C. de Iure Dot. l. 7. in pr. l. 76. in fin. n. eod.* adeoque potius esset Contractus do ut facias; sed nec nominatus Contractus est Dotis datio, nec innominatus. Non nominatus, quia nullibi inter illos refertur; Non innominatus, quia is, qui semel dedit dotem ius poenitendi non habet, quod tamen proprium est Contractuum innominatorum *l. 5. pr. n. de Condiect. caus. dat. caus. non secut. CARPZOV. 2. 33. def. 23.* Quamuis autem haec ita sint, non tamen plane negari potest dari ratione Dotaliti actionem Praescriptis verbis seu potius in factum, scilicet eo sensu, quo hodie omnes actiones per modum actionis praescriptis verbis & in factum institui dicuntur. conf. OLDENDORP. *Cl. IV. Act. XL. §. 1.* Porro Hypothecariam etiam actionem omne dotalitium parit, quae ex tacita, quam vxor habet, si dotalitium vel Conventionalis vel consuetudinariam ei debeatur, hypotheca ortum trahit; licet autem non desint Doctores qui statuunt tacitam

tam hypothecam nulli adscribendam esse, nisi iis, quibus Lex illam expresse dedit, non tamen existimandum est lege saltem scripta tacitas seu Legales hypothecas constitui; quidni enim idem possit Lex non scripta seu consuetudo? imo in recentioribus Prouinciarum & ciuitatum Legibus vt plurimum expresse Hypothecae tacitae ius ratione dotalitii vxori tribuitur vid. CARPZOV. *i. const.* 20. *def. 93.* vbi & ius praclationis vivo etiam marito, sed non soluendo existente vxori tali competere asserit. Praeter actionem autem & ius Retentionis competit vxori de quo vid. HENEL. *in Tract. de dotalit. pag. m. 216.* Constituti autem dotalitii, quod probe distinguendum a promisso, & quasi traditi effectus primus est, actus vtendi fruendi seu vtilitatem omnem ex re in dotalitium data percipiendi; ortus est, tum vtilis Rei vindicatio, tum Confessoria actio, quae aduersus quemcunque turbantem vel impediendem in exercitio iuris sui competit. Formulas harum actionum exhibet modo allegatus HENEL. *d. tract.* 20. §. 9. vbi remedia possessoria ex interdicto vnde vi, & vt i possidetis item *Can. redintegrand. Caus. 3. qu. 1.* & *ex cap. saepe. de Restit. Spoliat.* vxori tali competere etiam asserit; Sed ad adiuncta pergendum.

§. X.

Sunt autem illa duplicis generis; alia enim ita comparata sunt, vt regulariter insint, possint tamen abesse, si speciali pacto vel alio modo id agatur; alia ita se habent, vt non insint, nisi expresse de iis dictum

dictum fuerit. Illa ICTis Naturalia, Porphyrio in
 Isagoge συβεβηότα ἀχρεΐα; haec accidentalia feu
 conuentionalia, συβεβηότα χορεΐα, dici solent. Ad
 naturalia refero, ius prioritatis, quod vxor prae aliis
 Creditoribus habet ratione dotalitii; hinc *Gloss. in*
F. Feud. Sax. ad c. 31. Nota, Nach dem als ihr Mann stirbt
 kommen das Weib mit ihrer Bedveisung für Gerucht und
 Sprech: nach dem das meine Leibzucht die erste Gabe ist,
 die mir mein Mann gegeben hat, und den Vortritt hat vor
 allen andern an dem ungetheilten Gut, so bitt ich in Recht
 zu erfahren, ob mir nicht mein Schuld die ich hier bedveißt
 erst folgen solt, vvenn das mich jemand daran gebindern
 mag, oder vvas darumb recht sey; so findet man zu Recht:
 die Schuld die erst bedveißt sey auf dem Gut die gelde man
 billich zu dem ersten. conf. CARPZ. i. 28. def. 93. Huc
 etiam pertinet quod foemina dotalitiata immunis
 sit ab omni aere alieno Mariti, ita, vt etiamsi pro
 Marito aes illud contrahente sese obligauerit, ta-
 men in subsidium demum teneatur; si nempe Cre-
 ditor ab haeredibus mariti suum recuperare ne-
 queat. vid. *Gloss. Iur. Feud. Sax. ad dict. c. 31.* ibi: zum
 andern. conf. *les Coutumes de Laon en Vermandois*, vbi
 A 47. dicitur: *Donaires prefix & Contumiers sont pre-
 ferez a toutes debtes nandies de puis la celebration du Ma-
 riage & benediction sacerdotale*; nec minus huc spectat,
 quod maritus durante matrimonio non possit alie-
 nare dotalitium. *Ead. Gl. Iur. Feud. Sax. dict. loc.* Der
 dritte Vortheil den die Frauen haben das ist das ihn ihr
 Mann ihr Leibgeding nicht empfremden möge. quo & faci-
 unt *les Contum. de Laon.* vbi haec habentur Art. 42.
Si le mary constant le mariage de luy & de sa femme avoit
 D vendu

vendu aucuns heritages, qui luy appartenioient au jour du
 mariage ou luy seroient echeus constant iceluy par succession
 en ligne directe sans le consentement de sa femme & sans
 qu'elle eut renoncé à son douaire, peut icelle femme apres le
 trespas de son mary poursuyvoir les detenteurs desdits heri-
 tages pour son dit douaire, le quel luy doit être reservé sur
 iceux heritages, sans le recours de garantie aux detenteurs
 contre les heriteurs du mary. Vnde patet dari aduersus
 possessorem quemcunque realem vxori actionem;
 quod amplius declarant les Coutumes de Chaulons art. 57.
 vbi dicitur, quod vxor habeat Electionem, an velit
 personali actione heredem, an vero hypothecaria
 possessorem quemcunque conuenire; qui ipse lo-
 cus etiam ostendit regulam de prohibita alienatione
 Exceptionem habere in eo casu, si vxor vel in alic-
 nationem debito modo consentiat vel dotalitio re-
 nunciet, adde etiam quae habet BERLICH. P. II.
 Concl. 50. n. 53. Caeterum tenetur vidua, cui dota-
 litium constitutum est boni viri arbitrio vti rebus
 in dotalitium datis; iure Turonensi iis, quibus ab-
 utitur, priuatur Cont. de Tours Tit. 30. de Douaires.
 obligata itaque est rem modicis sumtibus reficere
 arg. l. 7. §. 2. & 3. l. 64. n. de usufr. & quemadm. Gregem
 supplere arg. l. 68. §. fin. n. ibid. arbores substituere
 arg. l. 18. n. eod. Cont. de Tours d. l. de Douaires. Douai-
 riere noble ou roturiere doit tenir les Maisons, vignes & au-
 tres choses, en tel estat que baillées luy ont esté par douaire,
 les reparer comme un usufruitier, sans couper ny extirper
 vignes, arbres, bois anciens & non accoustuméz à coupe, se
 non que la dite coupe se face pour reparer les choses du dit
 douaire, le dit propriétaire toutesfois audit cas preallablement
 appelé

appelle & si elle fait autrement est privée de choses du douaire, esquelles elle a mal versée. Amplius de reparatione agunt les Coutumes du baillage de Melun, quae distinguunt inter reparationem maiorem & minorem; quarum haec ad foeminam dotalitiam, illa ad proprietarium spectat. Ad reparationem minorem refertur, d'entretenir les edifices des couvertures, huys, planchers, fenestres, cloisons, cheminees assises contre les dits cloisons. Ad maiorem, ies fondemens, gros murs, poutres, cheminees assises contre gros murs. vid. art. 242. Tenetur etiam talis foemina collectas, Tributa, onera realia, & si in feudo dotalitium sit constitutum, etiam seruitia feudalia praestare; quamvis sufficiat, si loco seruitiorum pecunia Domino subueniat. *Gl. ad J. F. S. c. 56. auch furtmebr sollet ibr wvissen die Dienst die uff einer Frauen Güter liegen die mügen einens Herren nicht empfuret werden noch gemindert durch der Genaden wvillen die der Herr der Frauen gethan hat des Leibgedings halber; wann alle Dienst, die ein Mann mit dem Leib vollbringen soll und mit dem Leib dienen sinem Herren, die soll die Frau verdienen mit ihrem Gut, ob es ir von Genaden nicht wvird vertragen und nachgelassen, vt in Aut. de Mandat. Princip. §. oportet col. 3. Notseur, Heersteuer, Geschoß und Bothe wo die gemeinglichen über das Land geben, die soll die Frau auch geben und mitleiden von jrem Leibgeding. conf. Cout. de Tours Tit. XXX. & aliis.* Id quoque ad Dotalitii naturalia spectat, quod regulariter ad heredes Mariti redeat post mortem vxoris; fit tamen aliquando vt id non obtineat, quoties nempe aliter conuentum. *Les Cout. de Paris chap. 12. de Douaires: Le douaire d'une somme*

somme des deniers pour une fois promis à une femme au traité de son mariage n'est à la vie dela femme tant seulement s'il n'y a enfans nez & procreez du Mariage & doit tel douaire apres le tres-pas dela femme revenir aux heritiers du mary, s'il n'y a contract au contraire. Imo iure *Senonensi* Dotalitium in rebus mobilibus aut pecunia vxori constitutum pleno proprietatis iure spectat ad vxorem: *Femme douée par douaire prefix de somme des deniers ou autres choses mobilières l'emporte à elle & aux siens toujours en pleine propriété & usufruit.* Adde *les Coutumes d'Auxerres. art. 214.* quo ipso tamen dotalitii terminos notissimos egreditur, vti de deposito, quod irregulare vocant, loquitur *l. 24. π. Depositi.* Dotalitium enim iure vsusfructus spectat ad Viduam, non iure proprietatis per ea, quae supra dixi. add. *BERLICH. Part. II. Concl. 50. n. 58. & BROCKDORFF. in allegat. Dissert. §. 36.* vbi ex *BERLICHIO* exemplum affert dotalitii, in quo femina habeat proprietatem, scil. in eo casu, si post acquisitum in allodialibus dotalitium liberi moriantur; sed nescio an hic observata fuerit *Dialecticorum Regula*, secundum quam Exceptum debet contineri sub subiecto propositionis Exceptivae; si enim liberi moriantur, bona illa, quae antea iure dotalitii Mater eorum possederat, non amplius sub nomine dotalitii continentur; *Qui ergo a dotalitio excipi potest, quod Dotalitium non est?* Id etiam circa dotalitia solenne est, quod, si ratione dotis promissum illud sit, dotem Vidua repetere non possit, ita tamen vt eligendi ius habeat, an dotem, an vero dotalitium habere velit; quod fori nostri vsu frequen-

quantari docet HENELIVS *in dict. tract. c. 4.* quae res
 dubio procul ex eo originem traxit, quod dota-
 litium non satis distinxere Doctores a Donatione
 propter nuptias, de quorum tamen differentia iam
 supra actum. Pacto tamen fieri potest, vt & dota-
 litium & dotem petere possit vidua. *Excellent. Dn.*
STRYCK. meus in alma Fridericiana Praeceptor aeternum
colendus in Tract. de Cautel. Contract. Sect. III. cap. 8. §. 28.
add. Constit. Elect. Part. II. C. 42. & ad eam CARPZO-
 VIVM. Illud etiam, quod vsusfructus dotalitarius
 duret vsque ad mortem Vxoribus pactis mutari potest;
 Quamvis enim ex communi vsusfructus natura id
 habeat dotalitium, quod cum vita vxoris expiret,
 nihil tamen impedit, quin pacto illud restringatur
 ad casum e. gr. donec ad secunda vota transierit.
 Modus quoque & quantitas Dotalitii, pro ratione
 tamen eiusque regionis, ad naturalia pertinet.
 Iure Saxónico, si dotem attulerit foemina, duplum
 dotis esse solet in Dotalitio. *vid. Gloss. ad Weichbild.*
Artic. 22. vbi dicitur: Der Lebens-Folger ist schuldig gegen
der Frauen Einbringen noch eins so hoch dem Landsbrauch
nach die Leibzucht aus den Gutern aufzurichten. adde
 CARPZOV. *Constit. Elect. P. II. C. 42. d. 2.* Iure Turonensi
 Dotalitium Consuetudinarium consistit dans la tierce
partie des biens, propres ou acquests, que le Mary avoit lors
de leur mariage ou de ceux qui par successions directes ou
collaterales luy sont echez pendant iceluy. *Cout. de Tours*
Tit. XXX. de Douaires, vbi itidem habetur, quod mi-
 nus quidem esse possit Conventionalis Dotalitium
 Consuetudinario; Maius vero si fit, ad Consuetu-
 dinarii

dinarii quantitatem redigatur. conf. MYLER. ab EH-
 RENBACH in *Gamolog. Princ. Imp. c. 10. §. 11. & DN.*
 STRYCK. de *Cautel Contr. Sect. III. cap. 8. §. 34.* Plura
 haberem quae hic adderem, sed nolo aliorum scri-
 nia compilare. Inter Accidentalialia merito refero
 Cautionis Praestationem. Non enim aliter tenetur
 vxor dotalitiata ad eam, quam si expresse de ea fuerit
 conuentum. Obstare quidem assertioni meae vi-
 detur *l. 13. π. de Vfus.* in qua non tantum in usufructu
 legato, sed etiam in genere in omni usufructu satis-
 dationem praestandam esse asserit VLPPIANVS Iulia-
 num quoque in suas partes allegans. conf. *l. 1. §. 1. t.*
π. Vsufruct. quemadm. Frontem quoque *Legis 6. §. 1.*
versic. Mobilium C. de secund. Nupt. obuertit BROCK-
 DORFF. in *dict. Dissert. §. 32.* qui & ipse Magnorum
 Ictorum CARPZOVII in *Resp. Electoral. l. 6. Tit. 6.*
Resp. 55. n. 11. & Const. Part. 2. Const. 42. def. & HERINGII
 in *Tr. de Fideiussor. c. 6.* aliorumque Auctoritate nititur.
 Verum aërem feriunt illius argumenta: Leges enim
 ex corpore Romani iuris allegatas quod attinet, illae
 loquuntur de mero iuris Romani usufructu, non
 de usufructu Iuris Germanici qui iure feudi datur &
 dominii utilis species est, prout egregie, vti omnia
 solet, adstruit *Illustr. Dn. SCHILTER. in Exercitat. ad*
π. XVII. §. 21. vbi etiam docet, eum, qui dominium
 utile habet, non teneri ad Cautionem. Nec magis
 auctoritates me mouent; oppono enim *Carpzouio,*
Heringio, aliisque non minoris census Viros *Berli-*
chium, *Rauchbarium* aliosque, Notandum tamen,
 quod Parisiensium iure obligata sit talis mulier do-
 talityata ad Cautionem, sed iuratoriam tantum; si
 vero

vero ad secundas nuptias prouolauerit ad maiorem. vide *les Courumes reformées de la Prevosté & de la Vicomté de Paris. Tit. de Donaires.* Illud quoque dotalitio accidentale est, quod possit promitti tam ante Nuptias, quam durante matrimonio eodem modo, quo Donatio propter nuptias de iure Iustiniano; quo facit *cap. 15. X. de foro Compet.* ubi continetur obiectio Reginae Angliae opposita a G. nobili quodam viro occasione castri alicuius, quod illa dotalitii iure ad se pertinere aiebat: quod scilicet Castrum illud nec ab initio nec durante Matrimonio a Viro sibi fuerit in donationem propter Nuptias assignatum: quo in loco licet Donationis propter Nuptias fiat mentio, ex antecedentibus tamen verbis, quibus dicitur, quod suggestum fuerit castrum illud ad eandem Reginam ratione Dotalitii pertinere, reliquaue rei narratione patet de Dotalitio sermonem esse. Caeterum tantus est eorum, quae Dotalitio accidere solent, numerus, ut frustra essem, si me omnia illa enumerare posse sperarem: Quicquid enim essentiae Dotalitii non repugnat, pactis adiici potest, adeoque inter accidentalialia locum habebit.

§. XI.

Ne vero Diuisionem Dotalitii sicco pede trans-
eam cum secundum *Glossam ad §. igitur prooem. Inst.*
verb. easdem Institutiones partiri, diuisio animum le-
gentis incitet, mentem intelligentis praeparet, me-
moriam artificiose reformet; quasdam eius diuisio-
nes proferam. Diuiditur autem Dotalitium ratio-
ne Causae Efficientis Proximae in Conuentionale &
Consue-

Consuetudinarium; de quo posteriori iam supra obferuauī, hinc inde moris esse, vt, etiam si nullum dotalitium promissum sit, tamen debeatur. Secundo in Nobile & Ignobile; vbi Nobile dico non tantum id, quod in feudo Nobili constituitur, sed quod siue in bonis feudilibus, siue in allodialibus inter nobiles vsurpatur. Per nobiles autem hic loci tam Nobilitatem Inferiorem *den niedern Adel*, quam superiorem, sub qua Barones Imp. Comites, Principes, Duces, Electores, Reges, Imperatoresque comprehenduntur, indigito. Nam & inter Reges dotalitia frequentissima sunt. vid. *BETS. de Scut. Pact. & Consuet. Fam. Illustr. cap. 6. §. 38. & seqq.* vbi Cautelas Principibus non spernendas exhibet. Imo in ipso etiam Iure Canonico. *c. 15. X. de Foro Compet.* occurrit locus de dotalitio inter Reges vsitato; mentio enim ibi fit dotalitii, quod Richardus Rex Angliae, Cor Leonis dictus, vxori suae destinasse dicitur. Porro ratione formae accidentalī aliud est, quod promittitur in pactis dotalibus, aliud quod in Testamento, aliud quod in codicillis, aliud quod alio inter viuos actu. Ratione obiecti in dotalitium rerum allodialium & feudaliū; in dotalitium rerum Immobilium & Mobilium, & ex utroque mixtum; item in dotalitium speciei & dotalitium quantitatī; plures eius diuisiones addere iure superfedeo.

§. XII.

Hactenus quomodo nascatur dotalitium & quos effectus habeat explicauī, nunc itaque qua ratione

ratione illud pereat inquirendum. Cum autem, uti supra dictum, Dotalitium nostrum species sit usufructus; usufructus autem ex communi seruitutum personalium natura morte usufructuarii finiatur, statim manifestum est, dotalitium nostrum vxoris dotalitiatæ morte extingui; cum certissimum sit, eos, qui dotalitiis prospiciunt vxoribus ultra earum personas ea heredibus eorum concedi non voluisse; vnde & est, quod dotalitium Germanis Nomine *dés Leibgedings, der Leibzucht* indiget, quæ a vocabulo *Leib i. e. vita*, uti supra ostensum, originem ducunt. Rei quoque ipsius quæ in dotalitium data est, morte seu interitu dotalitium perit eadem ex ratione arg. §. 4. *Inst. de usufructu*. vbi tamen distinguendum: aut enim certa res in dotalitium assignata est, aut non; vbi illud, verum est, quod dixi; vbi hoc, arbitror iure meritoque talem viduam petituram, ut loco rei, quæ perit, alia sibi restituatur, ex qua vtilitatem sibi debitam percipiat. Porro Praescriptione quoque extinguitur ius hocce; si enim foemina post fata Mariti sui, aut ex eo tempore, quo ius petendi habet; illud petere neglexerit; eam Iure Ciuili per 30. vel 40. annorum Praescriptionem excludi nullus dubito. In foro autem Saxonico 31. annorum & 6. septimanarum tempus sufficere videtur. vid. BERLICH. P. II. *Concl. 50. num. 62. seqq.* Iure Cabillonensi inter Maiores 30. etiam annis praescribitur. vid. *le Cout. de Chaalons art. 47.* Imo Iure Bohemico & Morauico dotalitiorum praescriptioni trium saltem annorum & octodecim hebdomadam terminum praefixum

E

fixum

fixum esse ex ordinationibus Prouincialibus Bohemiae & Morauiae probat HENEL. d. tr. c. 10. §. 24. Renunciatio quoque ius suum perdit foemina talis: Cum enim notissimum sit, quemlibet iuri pro se introducto renunciare posse, quidni idem etiam ratione dotalitii possit Mulier? conf. *les Cout. de Chaalons artic. 50.* vbi habetur, quod si Maritus res alienet consentiente & iuri suo renunciante vxore, ex aliis rebus ipsi satisfaciendum sit; in casu tamen, si, vnde satisfiat, non supersit, damnum vxoris esse. An vero Iuramento consensus firmari necessario debeat, vid. ap. BRÖCKDORFF. *in alleg. dissert. §. 67.* conf. etiam SCHVLTES *in addit. ad Roischüz. de Dotal. art. 3. n. 4.* Alienatione quoque dotalitii, quae a vidua tali fit, illud amittitur; vbi tamen LL. distinguunt inter alienationem temporariam & perpetuam; & per hanc saltem amittere illam ius suum statuunt, & quidem quoad eas saltem res, quas alienauit, non quoad omne dotalitium vid. *les Cout. du Duché de Bourbon chap. XXI. art. 264.* adde *les Cout. de Maine artic. 324.* nec tantum alienatione eas res amittit, si ipsa alienauit, sed &, si alienanti legitimo tamen modo, consensit, in quo tamen casu variant locorum regionumque Consuetudines; alicubi enim ex aliis mariti bonis mulieri subueniendum. vid. *les Cout. de Chaalons art. 58.* alicubi vero nihil amplius praetendere potest. *Cout. de Bretagne Tit. XX. art. 470. au cas, que la femme consenteroit à l'alienation du propre du Mary elle perdra son donaire sur les choses alienées sans pouuoir preceudre qu'il luy soit remply sur les biens qui resteront lors du deces du Mary.*

du Marry. Abusu etiam earum rerum, quibus utendi
 fructu ius habet, extinguitur dotalium, quo
 pertinet *art. 21. Iur. Prouinc. Saxon. lib. 1. vbi dicitur.*
Leibzucht kan den Weibern niemand brechen vnder leben-
dige oder nachgeborne Erben noch kein Mann auf den das
Gut erstorben macht, sie verwickten es dann selber, als
ob sie Weinstock ausgruben oder fruchtbare Baume abbie-
ben, oder Leut von dem Gut weisen vvolten, die darzu ge-
boren vverren, oder zu welscher Weis sie jrn Erben zu
schaden sie jre Leibzucht aus jren Gewverren liessen &c.
add. eiusdem Iur. Prou. Sax. lib. 2. art. 28. alicubi locorum
is tantum rebus quibus abutitur, priuatur. Cout. de
Nvernois chap. 24. art. 11. si la douairière, vend ou aliene les
heritages de son douaire, vend & aliene les bois de haute fustaye
d' iceluy en cas non permis & autrement malverse & administre
son dit douaire, elle perd & sera privée de son dit douaire pour
les choses deteriorées & pour le residu sera tenue bailler Caution
suffisante. Quibusdam vero locis totum dotalium
 perdit *Cout. du Duché d' Anjou art. 311. Si elle laisse*
couuro les dignes ou parties d' icelles de raiiler & de bescher
per deux ans continuels, elle perd tout son douaire. Et
paulo post: Et aussi seroit elle punie par privation de
douaire quand elle vendroit ou alieneroit des choses dud.
douaire par heritage &c. en tous autres cas ou par sa coul-
pe, l' heritier seroit dedommagé es choses, qu' elle tient
par douaire. quibus confona habentur dans les Cou-
tumes de Maine art. 324. Ob adulterium quoque iure
 suo priuatur vxor, quippe quae delicto hocce omni
 beneficio Mariti se indignam reddidit. vid. HENEL.
d. en. 220. l' article des Cout. d' Anjou art. 314 & de Maine art. 327.
 in quibus exceptio tamen habetur, nisi maritus de-
 lictum

licitum illud vxori remiserit, plures except. vid. ap. HENEL. *in d. tract. cap. 10* Malitiosa etiam desertio eandem poenam affert feminae. vid. *les Cout. de Bretagne. Tit. XX. art. 451*. Item diuortium, si ipsa causam ei dederit. vid. tamen *Ius Sax. Prou. lib. 1. art. 21*. Multo ergo magis idem obtinebit, si mortem ei intulerit. Sunt etiam qui ob secundas nuptias amitti dotalitium affirmant; sed male; quamuis enim in Iure Romano non magnum secundae illae nuptiae fauorem mereantur, id tamen apud alias peraeque Gentes non obseruatur: Imo in Legibus multis asseritur, non obstantibus secundis nuptiis dotalitium vires suas obtinere. *Iure tamen Britanniae Minoris* vidua in eo casu perdit dotalitium, *si elle se remarie avec son domestique ordinaire*; sine dubio ob praesumptum adulterium. vid. *les Cout. de Bretagne Tit. XX. art. 454*. quae exceptio regulam firmat in casibus non exceptis. conf. HENEL. *in d. tr. cap. 10*. Eadem quoque poena manet vxorem, quae in morbo vltimo maritum non satis curat, aut deserit. vid. *Constit. Elect. Part. 3. C. 26*. adde modo *alleg. Cout.* item, eam quae Laesae Maiestatis Crimen committit, plura vide sis apud HENEL. *dict. tract. cap. 10*. cui adde ROTHSCHÜZ. *de Dotal. & BRÖCKDORFF. in alleg. Dissertatione.*

§. XIII.

Tandem ad Affinia perueniendum. In hanc autem Classem referri possunt Dos, tum ea quae Iuris Romani est, tum quae in Germanorum aliarumque Gentium rebus publicis obtinet; Donatio propter nuptias, arrha sponsalitia, Morgengaba, Messio,

Messio, Meta seu Mundium, viduum, & ex Iure Argentinensi Statutario *die Liebtbar*; Dos Iuris Romani in eo differt a Dotalitio, quod illam daret vxor aut alius eius nomine, hanc maritus; per illam transferebatur Dominium in Maritum, sed Ciuile tantum, cuique opponunt Doctores Naturale vxoris, vi cuius Maritus rem immobilem in aestimato in dotem datam alienare prohibebatur; per Dotalitium vsusfructus saltem transit; Dos datur ad ferenda Matrimonii onera, dotalitium ad sustentationem vitae; Dos extinguitur mortua vxore; Dotalitium incipit vim suam exserere mortuo Marito. Quod ad differentiam dotalitii & dotalium statim transire in mulierem. Quomodo a Donatione propter nuptias, nec non a Morgengaba differat itidem supra tradidi. Arrhae sponsalitiaie dominium transfertur, non solus vsusfructus, & vtrinque illa datur, non a sponso saltem, & quidem non ad vitae sustentationem, sed ad firmamentum Matrimonii promissi. De Mundo, Messio, vt & Phadersio Longobardorum, quid sint & quomodo inter se differant & a dotalitio distinguantur facile patet, ex iis quae *Illustris Dn. SCHILTERVS in Exerc. ad r. 36. §. 64. & 68.* erudite differit. A vulgari inter virum & vxorem donatione in eo potissimum differt, quod per illas transferatur rei donatae dominium, si nempe vel morte confirmata vel alia ratione valida redditae fuerint. Viduum adhuc superest, quo nomine, vti saepe venit dotalitium,

litium, ita ad illud proxime accedit, ita vt fere subiectis saltem differant. vid. *Dissert. Inaug. Dn. IOH. IAC. FRIDII de Iure Viduitatis* §. 45. in cuius Dissertationis §. 4. quaedam etiam de *Brautlauffsvvridum*, qui in nostra Republica obtinebat, habentur; ad quorum illustrationem cum conferre videatur, quae *Illustris Vir Dn. IOH. SCHILTERVS, Patronus meus Opt. Max. ex Glossario suo Teutonico* suppeditauit, non possum, quin illa heic loci apponam: *Broutläuffti, Nuptiae. Otfrid. 2: 8. 6.*

Varthun thar thie luti

eino brutloufti.

Frequentarunt ibi Nuptias.

Idem 4: 6. 30.

Ouch zalta in thia sin quati

bi eino brutloufti

Item narrauit eis illa eius bonitas de quibusdam Nuptiis.

Compositum ex *Bruc*, & *Louben*, geloben, spondere. *LOCEN. 2. antiqu. SuesGoth. c. 25. Saxonice, Brutlecht, Nuptiae. Chron. Sax. vet. p. 1208. b. Corrupte Brunloft & brunlouf. J. Arg. l. 3. c. 275. ist daß ein Brunloufft berecht vürtt. cap. 278. die Widemen die zu der Brunloufft berecht und gloyt vürdent. In quodam tamen MSCto Pergameno legitur Brunlöfft. KOENIGSHOFF chron. cap. 1. ff. de Alex. M. Nam do Darius Dochter Roxiam zu der e und begingent eine herrliche Brunlaufft. Recess. Imp. de Anno 1500. art. 22. §. vlt. Brutlauffbrieff, Pacta dotalia. Francof. de Anno 1509. das hinfuro solche pacta successoria noch Gedung in Brautlauffbrieffen sich vryther nicht dan ad dotem & donatio.*

donationem propter nuptias, das ist zu beiden Zugiffen erstrecken sollen. Quod tandem attinet Liebthat, cuius itidem Ius nostrum Seautarium mentionem iniicit, Tit. von der Frauen Voraus uff Theilung, videtur illud esse, quod ad captandum amorem ei datum est eo animo, vt dominium transferatur; quod patet ex verbis eius Constitutionis, vbi dicitur: *sie sol auch voraus nemen an Schleyern, an Schwepeln, an Perlen, und andern Kleinodien silbern, güldin gegen 5. Pfund Strasburger Pfenning mit jm; es vware dann das ein Mann einer Frauen Ichtzit gegeben hat ohne jr Malfingerlin, als zu Handgiffth oder andern Liebthat, das do tresse bey zeben Gulden vverth.* Sed hic filum abrumpo.

Quamuis autem non tantum theoricæ huic tractationi plura inseri, sed & practica materiae huius tractatio subiungi debuisset, instituti tamen ratio id non tulit: Hinc est vt apud iustos rerum arbitros τῶν παραλειμμένων συγγράμν- facile me obtenturum sperem.

D. S. L. E. G.



COROL.

COROLLARIA.

I.

Iuris Romani modicus est in Iure publico
vſus.

II.

Quamvis iam a temporibus Alberti II.
dignitas Imperatoria in familia Auftriaca hae-
ferit, Imperium tamen Romano-Germanicum
ſucceſſionis iure deferri male inde inferas.

III.

Status Imperii non teneri opem ferre Im-
peratoribus, qui qua Archi-Duces Auftriae
bellum inferunt, verius videtur.

IV.

Etiam non Germanus Imperator eligi
potest.

V.

Renunciationes Filiarum Illuſtrium ge-
nerales de caſu Succeſſionis ab inteſtato acci-
piendae ſunt.

F I N I S.

ULB Halle
003 594 807

3



Sb







5422
649
1701 708
13

IO. GEORGII SCHERZII,
ICTI ET IN ACADEMIA ARGENTORATENSI
ANTECESSORIS

DISSERTATIO
DE
DOTALITIO
Vom
Weibgeding.



IENAE,
LITTERIS IO. CHRISTOPH. CROEKERI,
M DCC XXXVIII.

